



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

3. De beneficio Redemptionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

1. 6. H

Cum enim omnia mala, aut ex natura, aut culpa, aut in re, utraque causa, adiacent, non similes in te existunt effectus, quis malorum illorum diluuium impediret, quo minus te obruerit, nisi diuina gratia & beneficentia?

MEDITATIO III.

De beneficio Redemptionis.

2. 1. 9

1.

CONSIDERA a quo sis redemptus, nempe a filio Dei tuo creatore & conseruatore, qui humanam naturam assumpsit dignatus est, ut perfectissimo modo te redimeret a peccatis, & perpetua damnatione inferni, quam per peccatum mereris. & considera quantum amor eius tunc te erga te & omnes homines Deus demonstrat, nempe quantum maximum potest. Nam cum non posset pro suis peccatis satisfacere ullus homo, si Deus non esset homo, ipse pro homine voluit fieri homo, & quidem mortalis & passibilis, ac potius mori pro homine, quam ut periret homo. Non sedit, ac magnus rex aliquis pro nobilissimo mancipio, quod pro grauissimis sceleribus nullo supplicij genere commo-

REN  
fare poss  
vel illu  
Com  
nempe  
sola vo  
feret h  
ho crea  
ration  
etiam  
genus  
tius sa  
um ac  
dime  
fuisse  
la fu  
neun  
cont  
pleto  
pede  
natu  
sup  
iam  
sup  
des  
sio  
di  
ha  
lu

**BENEFICII DIVINIS.** 29

are posset partis lesa offensam, vel seipsum  
vel filium suum inactandum offerret.

2.  
-8  
Confidera, quo modo sis redemptus,  
nempe perfectissimo. Poterat enim Deus  
sola voluntate, verbo vel nutu, antequam  
ferebat homo, nos redimere, sicut vno ver-  
bo creavit. Et factus homo poterat vna o-  
ratione, vno gemitu, vna gutta sanguinis  
etiam in circumcisione sua profusa totum  
genus humanum redimere, sed voluit to-  
tus sanguinis effusione, passioneq; omni-  
um acerbissima, & ignominiosissima re-  
dimere. Considera, tantam acerbiteriam  
fuisse vt ipsi in hortu oranti cogitatio so-  
la futurorum cruciatum sudore sangui-  
nem toto corpore expresserit. Flagris sic  
contusus, colaphis contusus sputisq; op-  
pletus est, vt videretur leprosus. Manus  
pedesq; clavis ob oculis confossi, caput spi-  
narum aculeis per cranium transixu. Et  
super hanc trabem crucis ipse suis humeris  
iam conuulseratis gestare coactus est, sed  
supra vires, quia sub onere corruit. 3. Con-  
sidera, quam ignominiosa fuerit tota pas-  
sio. Primo enim a proprio discipulo pro-  
ditus, deinde fustibus & catenis per vias in  
habitu alieno velut stultus pertractus, per  
Iudibrium tanquam rex adoratus, Barra-  
ba la-

bæ latroni posthabitus, in medio latro-  
num velut sceleratissimus crucifixus, &  
in ipsa cruce variis conuitiis laceffitus.

3. Considera, à quantis malis sis redem-  
ptus. Primo enim redemptus es à pecca-  
tis, quorum tanta est grauitas, vt expiari  
non potuerint nisi sanguine filii Dei. 1. à  
perpetua tyrannide & seruitute diaboli,  
cui per peccatum eras mancipatus. 2. ab i-  
gne æterno, diabolo & angelis eius para-  
to. 2. Considera, quanta bona ex hac re-  
demptione consecuta sint. Primo enim ex  
filio diaboli factus est filius Dei. 2. ex hæ-  
rede æternæ damnationis, factus est hæ-  
res æterni regni. 3. factus est particeps gra-  
tiæ & amicitia diuinæ, omniumq; donoru  
spiritualium. 4. vt, si in peccata vetera rela-  
baris, iterum possis per pœnitentiam in  
gratiam restitui. 5. vt in gratia existens me-  
rearis augere gratiam, & vitam æternam.  
vt suscipias fontem gratiæ, nempe in SS.  
Eucharistia, ac etiam, ( vt pro tot be-  
neficiis à Deo acceptis dignum aliquid  
reddas ) Patri cœlesti eundem of-  
feras, quod fit in sacrificio

Missæ.

ME.